Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0002-6

17536 17537.
1723, 8
9
12

DISSERTATIO JVRIDICA INAVGVRALIS
DE

# VENDITIONE INVITA PRÆDIORVM SVBDITORVM IN LVSAT. SVP.

QVAM
IN PERANTIQVA VNIVERSITATE ERFORDIENSI
RECTORE VNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,
*VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO,*
DOMINO
**CHRISTOPH. IGNATIO DE GVDENVS, J. V. D.**
INSIGNIS ECCLES COLLEG. S. SEV. CAN. CAP. ET SCHOLAST. EMINENT. AC CELSISS. PRINC. ELECTORIS MOGVNT. CONSIL. ECCLESIAST. EJVSDEMQVE PER THVRING. IN SPIRIT. SIGILLIFERO;
EX DECRETO ET AVTHORITATE AMPLISSIMÆ FACVLTATIS JVRIDICÆ,
*PRO GRADV DOCTORALI*
**JOHANNES CHRISTOPHORVS SCHNEIDERVS, Gorl. Luſat.**
Sup. Luſat. Adv. Prov. Ord.
PVBLICE DEFENDET
*DIE XII. OCTOBRIS, M DCC XXIII.*
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, H. C.

*ERFORDIÆ*, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0004-7

# VIRIS

ANTIQUITATE GENERIS MAJORUM MERITORUMQUE GLORIA EXCELLENTISSIMIS

*PERILLUSTRI GENEROSISSIMO atque EXCELLENTISSIMO DOMINO*

# DOMINO GEORG. ERNESTO à GERSDORFF

DYNASTÆ IN REICHENBACH, OBER - ET NIEDERDORFF, OELISCH ET RELIQVA.

Sereniſſimi ac Potentiſſ. Pol. Reg. & Elect. Sax. in Ducatu Gorlicenſi Curiæ Provincialis Præſidi ac Diœcetæ eminentiſſimo atque Conſiliario ſplendidiſſimo

Nec

Nec non

*ILLUSTRIBUS AC GENEROSISSIMIS DOMINIS*

DOMINO

JOHANNI CHRISTOPHORO

GOTTLOBIO à WARNSDORFF

DYNASTÆ IN TAUCHRITZ RELIQUA

ET

DOMINO

CHRISTOPHORO à HOHBERG

DYNASTÆ IN BERNA RELIQUA

Curiæ Provincialis Ducatus Gorlicenſis Senatoribus graviſſimis ac ſpectatiſſimis

*DOMINIS MÆCENATIBUS AC PATRONIS*

Submiſſa qua decet obſervantia ſuſpiciendis

*has levidenſes pagellas*

In perpetuam ſui commendationem humillime offert

*Autor*

JOHANNES CHRISTOPH. SCHNEIDER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0006-8

# I. N. J.

QVantum Viri & ab ingenii præſidiis & ornamentis doctrinæ commendatiſsimi editione tot eruditorum operum & ſpeciminum, antiquitatum memoriam & Jurium provincialium Luſatiæ naturam aliquot abhinc luſtris reſtituerint ac explicaverint nemo Hiſtoriæ patriæ ſtudioſus ibit inficias; non tamen eo pervenerunt quin aliorum curis aliqua diſſerendi materia relicta ſit. Cum igitur ſtudia mea foro deſtinaverim & hactenus etiam tam conſulendo quam patrocinando aliis adfuerim, hancce loco ſpeciminis inauguralis nutu ſuperiorum edendi elegi materiam, tam ab ejus præſtantia & amplitudine quam ubertate maxime commendabilem, de qua quantum mihi ſubit recordatio, nemo adhuc ex inſtituto egit. Fateor quidem me in illa inveſtiganda & elaboranda propter defectum actorum & monumentorum publicorum & interſtrepentia ſubinde negotia non talem adhibuiſſe diligentiam, qualem materiæ requirit dignitas; lector tamen modeſtus ſi forſan haud ubivis ſuo reſpon-

di limato judicio perpendet non paucis hoc argumentum difficultatibus eſſe implicitum & ſi forſan in quopiam erraverim, emendabit, quamvis facilius carpere quam emendare. DEum vero ut conatus meos qualescunque fortunet ſupplex oro.

§. I.

DUm igitur in præſentiarum de venditione invita prædiorum ſubditorum in Luſatia ſuperiori verba facere conſtitutum & deliberatum mihi eſt & verba per ſe clara & perſpicua nulla ulteriori explicatione indigent, præprimis hancce venditionem invitam ita definiendam eſſe cenſeo quod ſit Jus emendi prædia ſubditorum pro certo pretio, prævia cognitione Judicis, Statibus Luſatiæ Superioris Provincialibus competens.

§. II.

Licet ergo plerumque pro hoc ſuo jure agens immorigerum & pertinacem inveniat ſubditum, qui vitam quam bona ſua legitime quæſita pendere mavult; nihil tamen obſtat quo minus etiam hæc venditio vel conſentiente vel diſſentiente ſubdito exerceri poſſit.

§. III.

Si igitur ſubditi accedat conſenſus & domino ſuo empturo prædium ſeſe accommodare velit, incidit hæc res in contractum emti venditi & celebratur quoque ſecundum regulas de emtione venditione in jure præſcriptas, quia adeſt voluntas contrahentium de re pro certo pretio tradenda, quo etiam lectorem brevitatis cauſa remittam, & ſolummodo ſparſim quædam de hac voluntaria venditione in tractatione præſenti proferam.

§. IV.

§. IV.

Vult autem ſubditus intentioni ſui Domini contradicere & exercitium hujus juris impedire, Dominus præprimis Jus ſuum prætenſum probare & defendere debet imo ſubditum de illo privatim vel publice certiorem reddat neceſſe eſt, ne poſtea malo rei eventu ignorantia & inſcitia hujus Juris *arg. l. ult. C. de teſtib.* quia in Jus haud vulgare cadit *arg. l. ult. ff. ut in poſſeſſ. leg.* ſe excuſare & expenſarum reſtitutionem petere poſſit.

§. V.

Fundamentum itaque hujus venditionis invitæ conſiſtit in Conſuetudine provinciali ſuperioris Luſatiæ immemoriali præſcriptione firmata & Principis confirmatione corroborata. Sedem vero ſuam habet in *Ord. Subditorum* den 20. Junii 1652. *publicata* quam in *Corp. Jur. Luſat. fol. 379.* reperire licet & quidem art. 4. §. 2. verbis

Vors andere wird ein Unterthaner Rechts wegen loß, und iſt den Loß-Brieff zu löſen nicht ſchuldig, wann er von der Herrſchafft wider ſeinen Willen ausgekaufft wird.

§. VI.

Primario dependet hoc Jus a Conſuetudine, quæ, ut vi legis gaudeat, quatuor in jure noſtro requiruntur partes, nimirum quod adſit 1) rationabilitas 2) actuum frequentia 3) temporis diuturnitas & 4) Superioris taciturnitas.

§. VII.

Quod hæc noſtra Conſuetudo plane ſit irrationabilis quis primo intuitu opinari poſſet, partim quia involvit pravam concupiſcentiam rei alienæ & peccatum contra præceptum nonum eſt, partim quod ſecundum jura civilia *L. II. C. de emt. vendit. L. 16. C. de jure deliberandi KOEPPEN deciſ. 44. n. 1.* nam nec Principi permiſſum

eſt invitis ſubditis jus ſuum auferre *l. 4. C. de emancip. liberor.* nemo reguraliter ad vendendum in vitus cogi poſſit. Hinc non ſolummodo honeſtati & decoro ſed etiam rationi ſtatus quodammodo reluctari videtur. Cum enim Principi magis conducit habere Provinciam propter belli pacisque tempora hominum fertilem qui pabulo pecoris & arvo ſtudent quam pagorum cadavera, ut ea propter quondam Hadrianus Imperator reſcripſerit, ſe ampliari imperium potius adjectione hominum quam pecuniarum copia malle referente PAULO JCto *in l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat.* ita hanc conſuetudinem magis abrogandam quam introducendam eſſe videtur.

### §. VIII.

Sed ponderaturo hancce rem, recurrendum eſt ad Statum Luſatiæ priſtinum. Quis enim neſciat primos Luſatiæ inhabitatores liberam ſe ſemper gentem fuiſſe profeſſos uti ex elogiis illius gentis apud MANLIUM *Lib. I. cap. 27. §. 2.* in Scriptoribus Rerum Luſaticarum *Tom. I. pag. 135.* videre licet, quia contra tot hoſtium inſultus imperii limites defendere tenebantur, hinc quoque nonniſi lenioribus ac laxis habenis ſe permiſerunt; tempore vero CAROLI M. & poſtea, imperantium Jura extenſa, parentium vero reſtricta ſunt. Cum vero illi Venedici populi libertatis ſuæ tenaciſſimi defenſores eſſent & jugum impoſitum impatienter ferentes voluntati imperantium morem gerere nollent, iteratis bellis omnis libertas illis plane adempta fuit & ſic domita hac gente prædia & agri illorum militibus in præmium virtutis cum conditione revocabili ex mera liberalitate, uti etiam de feudis notum eſt, ut contra regularem illorum naturam ob conventionem, quæ vel certo generi feudorum in eſſe cenſeatur *vid. I. f. 2. 3. II f. 10. 105.* vel expreſſe adjiciatur, certo temporis lapſu finiantur, dicata fuerunt.

§. IX.

Licet igitur tractu temporis Germanis militibus circumſcripti libertatis limites ampliati & reſtituti fuerint, ſi tamen Dominus prædio ſuo ſubdito ſemel conceſſo ad ſuimet ipſius utilitatem & indigentiam uſus fuerit, retraxit illud, ſoluto certo atque juſto pretio, talisque ſubditus ſimul per alienationem ſui prædii liber factus fuit, & ſe quocunque conferre potuit, ut ideo hæc conſuetudo ex antiquo odio Slavonum de quibus DITMARUS *Lib. 3. Chron. p. 55. Edit. Madėr.* profert quod Slavonicæ Familiæ accuſari venundari & diſpergi poſſint ſuum trahat originem & hæc dura conditio ſicuti reliquatio ut ita dicam cum vinculo perſonali veteris illius ſervitutis ſpectanda & ſi modo recte illam quis interpretetur ac iſta limitetur, minime pro irrationabili reputanda ſit, quia ſubditi ratione fundi nullum aliud acquiſiverunt Jus niſi quod à Dominis revocari queat.

§. X.

Ex præmiſſis itaque conſtat hanc conſuetudinem neque contra ptæceptum divinum, quia non adeſt res plane aliena, cum Jure germanico tam bona emphytevtica, quam cenſitica, vocentur Lehen BERGER *El. diſc. forenſ. p. m. 1323.* & Nobili emturo dominium directum in illis concedatur *Ord. Pr. Sax. tit. 46.* §. wenn aber &c. it. würde ſichs &c. neque contra jura civilia eſſe, quia tacita hæc revocandi conditio in prima talis prædii conditione radicata, tanquam onus reale cum prædio ſemper tranſiit ad Succeſſores. Quod vero etiam rationi Status non ſit nociva ex eo liquet, quia Dominus ſeu Nobilis in Luſat. Sup. pro ſe ſuisque ſubditis Principi quæcunque ſolvit onera in fundos illorum impoſita, & hodienum militiam habemus mercenariam; alia vero incommoda exinde reſultantia pacta & conventiones Statuum Provincialium prohibent, ſemper tamen ad cancellos æquitatis propter maximum exinde provenientem abuſum reducatur

catur neceſſe eſt. Quorſum tendunt etiam verba *Reſcripti Regii El. Sax. d. d.* Dreßden 1719. den 7. Octobr.

Auch in andern dergleichen vorkommenden Sachen überhaupt dahin ſehen, daß kein Mißbrauch vorgehe.

§. XI.

Si enim v. g. Pontificiæ Religioni addictus ſubditos ſuos Lutheranos finis amplificandi aut propagandæ fidei gratia prædicto modo ad vendendum prædia ſua cogere vellet, minime ex hoc jure ſ. Conſuetudine provinciali ſuam probare poſſet intentionem; quia talis venditio invita afflictionem conſcientiarum involveret, liberumque Religionis exercitium in Luſatia ſup. firmiſſimo talo ſtabilitum, inverteret, hincque contra pacta & conventiones publicas tam Privilegium Rudolph. in C. J. L. p. 489. aſſecurat: Ferdin. de an. 1620. quam noviſſime contra Manifeſta *Reg. Pol. & Elect. Saxon.* imprimis *de anno 1705. d. 24. Aug. verb.* gleichwie uns aber in Religions-Sachen aperte militaret ut Sanct. P. W. aliasque Imperii etiam Luſat. S. applicandas ſilentio tranſeam.

§. XII.

*Nec Marchio ſ. Princeps Luſat. ſup.* varias concluſiones ex hoc Juris exercitio Nobilium contra ſuos ſubditos in illorum præjudicium eruere poteſt, ut etiam ſibi tale Jus emendi feuda Nobilium illis invitis ex jure quaſi retorſionis attribuere vellet illaque transmutare in bona domanialia, quia partim Luſatia noſtra ſup. domaniorum neſcia vid: *Excell. Dn. D. Riech Synd. & Scab. Gorl. præcl. in diſſ. ſua inaug. de different. Jur. feud. luſat. atque commun. diſſ. 24.* feuda enim Luſatiæ ſunt oblata *diſſ. 1. cit. Aut.* partim Nobilibus & Statibus provincialibus in Receſſu traditionis Luſat. vid. in *C. J. L. p. 478.* quæcunque privilegia Jura & conſuetudines confirmata fuerunt nullum vero ejuſmodi Jus ullibi ſibi reſervavit Princeps, ſicque tanquam à Juribus communibus alienum non fingendum eſt, quia nec

Jus

Jus protoëmtionis in Luſat. exercere poteſt *vid. Aut. cit. diff. 23.*

## §. XIII.

Ut denique in exercitii hujus non ſcripti actuum frequentiam & temporis diuturnitatem prolixe inquiram neceſſe non eſt, quia duo hæc requiſita Sereniſſimus legislator in confirmatione illius ipſe allegavit & probavit, quæ reperitur in *C. J. L. p. m. 405.* verbis:

Was ſonſt der getreuen Stände von Land und Städten abſonderlich angebrachtes Deſiderium betrifft, nehmlich daß ſie bey der **uhralten weit über Menſchen Gedencken gewährten Gewohnheit** ihre Unterthanen einen oder mehr gegen Zahlung eines rechtmäßigen Pretii auszukauffen, die andern Unterthanen aber das oder die gekaufften Güther ſowohl als andere Vorwerck-Aecker zu beſchicken verbunden, gelaſſen werden möchten, in Anſehung daß die Bauern faſt aller Orten auf den Dörffern volle Landübliche Dienſte zu leiſten ſchuldig: Da ſeynd Jhro Churfürſtliche Durchlauchtigkeit nicht gemeinet, denen gehorſamen Ständen von Land und Städten wieder das angezogene uhralte Herkommen in dieſen Puncten, wo die völligen Landüblichen Dienſte hergebracht, durch die Land-Voigte oder Haupt-Leute hierinnen einigen Eingriff thun zu laſſen; Es wäre denn Sache, daß eine Obrigkeit den Modum excediren, und etwas unchriſtliches oder unbillig-neuerliches wider ihre Unterthanen vornehmen wolte, auf welchen Fall dieſelben dem Ambts-Gehorſam ſowohl als die Unterthanen unterworffen, und Erkänntniß zu leiden ſchuldig verbleiben. ꝛc. ꝛc. Welches Dieſelbe denen Abgeordneten auf ihr mündlich Anbringen und obenbeſag-

tes Memorial vermelden zu laſſen der Nothdurfft erachtet; und verbleiben denenſelben mit Churfürſtlichen Gnaden wohl beygethan. Signatum Dreßden am 7. Sept. An. 1672.

Quæ modo dicta Principis approbatio hoc Jus noſtrum non ſcriptum ſ. conſuetudinem in ſcriptum & legem provincialem mutavit.

## §. XIV.

Hoc itaque Jus exercent Status provinciales Luſatiæ Superioris h. e. quilibet Nobilis & Toparcha & qui dominium directum habet in pago ſive territorio ſuo, licet hoc jure non inveſtitus ſit uti habet *HORN. Reſp. 37. cl. 2. fol. 144. 145.* fœmina etiam & minor modo feudi ut ego puto inveſtituram impetravit, in ſuos ſubditos, qui ratione fundi vere ſint ſubditi, præprimis neceſſe eſt, quia hujus legis exercitium effectus eſt dominii, ſicque excluduntur parochiani & ſubditi tutelares, uti etiam *in ſupremo Archidicaſterio Budiſſinenſi* deciſum reperitur.

## §. XV.

Verſatur vero hoc noſtrum Jus circa prædium ſubditi, & pretium à Domino emtori præſtandum. Sed an quodcunque prædium ita adimi poſſit ego non puto. Diſtinguo enim inter prædium quod ex mera liberalitate Domini & quod titulo oneroſo ſubditus impetravit, priori caſu locum habet, minime vero poſteriori, uti in *ſuprema Curia inf. Luſ. Lubenenſi in cauſa* Chriſtoph Müllers, Ernſt von Stutterheim: *M. Mart. 1699.* judicatum fuit. Si igitur ſubditus titulum ſui prædii edere neſciat. vid. Stryck. diſſ. de neceſſitate edendi titulum, tamen pro illo pronunciandum & in poſſeſſione manutenendum eſſe, cenſeo; quia hoc Jus tanquam conſuetudo Juri communi con-

contraria ſtrictiſſimæ interpretationis eſt *RICHTER dec. 38. n. 16-18. SCHRADER de feudis P. 10. Sect. 20. n. 165. ſeq.* & magis pro libertate quam ſervitute præſumi debere, jura enim magis ad liberandum quam obligandum inclinant, & quoties dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondendum erit *L. 20. ff. de R. J.*

## §. XVI.

Sed dubitari etiam poſſet, an ſi ſubditus proprietatem ſui prædii ante publicationem allegatæ Ordin. Subdit. provincialis nactus fuiſſet, etiam tunc *arg. C. I. X de transact.* locum haberet modo dicta lex & ita ad caſus præteritos extendi poſſet? reſp. affirmando quia vigor hujus legis non dependet à publicatione qua mediante ſolummodo ad notitiam populi perduci ſolet, ſed uti §. 5. dixi ab immemoriali præſcriptione, â Principe deinceps confirmata, licet aliter in ejuſmodi caſu in Judicio provinciali *inf. Luſ. M. Nov. 1702.* ad requiſitionem *Ad.* Ernſt von Stutterheim pronunciatum fuerit.

> Dennoch aber und dieweil ermeldtes Coſſaten-Guth, nebſt den dazu geſchlagenen Acker und Wieſen bereits Anno 1653. und alſo noch vor Publication der neu-revidirten Lands-Ordnung, an Chriſt. Lehmannen verkaufft, hiernechſt aus denen Rechten bekandt, daß ordentlicher Weiſe niemand wider ſeinen Willen ſein eigenthumlich Guth zu verkauffen angehalten, noch ihm ſolches ſonſt entzogen werden kan, obangezogene Landes-Ordnung auch auf die Caſus Præteritos und dergleichen Güther, deren Eigenthum bereits vor Publication derſelben erlanget füglich nicht zu ziehen, *arg. C. I. X. de transact.* So erſcheinet daraus ſo viel, daß der Beſitzer des Coſſaten-Guths wider ſeinen Willen ſol-

ches dem Herrn abzutreten nicht verbunden. vid. Sidonii N. L. Lands-O. cap. ult.

§. XVII.

Pretium quod uti in emtione venditione in pecunia non reprobata & numerata §. 2. *J. de emt. vend.* conſiſtere debet, quam numerationem uti *STRYCK ad LAUTERB. L. 18. Tit. 1.* putat alias non innuere præſentem pecuniam cum & ſub fide habita res vendi poſſit, hic vero talem omnino involvere ex inferius adducto *Reſcripto REGIO ELECT. d. 28. May 1721. liquet verb.* nicht minder der N. und N. Wittib. und Erben das taxirte Quantum an 1400. und 1100. Mrl. reſp. baar bezahlet. certum & juſtum ſit neceſſe eſt. Certitudo vero & juſtitia pretii in hoc noſtro caſu niſi partes privata determinatione acquieſcere velint, taxatione judiciali indagatur, de qua mox loquar. Quamvis igitur ratione pretii de ejus veritate certitudine & juſtitia ut & de pecunia ipſa multa hic loci indicare poſſem lectorem tamen *ad Commentatores ff. in Lib. 18. Tit. l. de Contrahenda emt.* remittam.

§. XVIII.

Sed quæ circa taxationem judicialem ſcitu digna ſint & quinam procedendi obſervetur modus in alienatione prædii ſubditi paucis etiam adhuc videndum eſt. Si Dominus & ſubditus hanc emtionem venditionem amicabiliter componere neſciant, Judex ut imploretur neceſſe eſt. Competentiam vero Judicis hic æſtimari ex loco rei ſitæ extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Deinceps Judex imploratus audita utraque parte & conſideratis in medium prolatis argumentis & rationibus Juris vel in modo dictam E. V. conſentit vel illam renuit; priori caſu, ille ad petita partium ex tribus diverſis

verſis judiciis eligit homines judiciarios illosque citat ut præfixo termino prævio juramento prædium emendum vendendum in præſentia Notarii publici jurati taxent & vocatur der Anſchlag. vid. *WEHNER obſerv. pract.* *BESOLDI theſ. pract. & SPEIDEL. ſpec. voc.* Anſchlag poſteriori vero fertur ſententia & cuilibet parti ſuſpenſivis aut devolutivis remediis contra illam uti permiſſum eſt. Si vero ſubditus contra talem factam taxationem juſtas excipiendi habeat cauſas & læſionem ſibi factam urgeat & demonſtret etiam iterata vice prævia imploratione Judicis, prædium taxari poſſe puto. Licet etiam hoc caſu contrahentibus ſe circumvenire ἐμπορικῶς permiſſum ſit.

## §. XIX.

Finis & effectus tandem hujus Juris pro varietate perſonarum varius eſt. Et quidem ratione Domini, qui vi modo dicti Privilegii & legis provincialis, prædium ſubditi adeptus fuit ut illo ad ſuam neceſſitatem uti poſſit & ita finito ſub feudo, dominium directum cum utili conſolidetur; ratione ſubditi vero hæc venditio operatur manumiſſionem ſeu liberationem ab oneribus ſubjectionis. Dominus enim non ſolum uti §. 16. dixi præſenti argento prædium ſubdito ſolvere ſed quoque illi literas dimiſſorias ſive affrancamentum dare debet.

## §. XX.

Licet quidem adhuc aliæ manumiſſionis dentur ſpecies de quibus *POTGIESSER in eleg. Tr. de conditione & ſtatu ſervorum lib. 3.* prolixe commentatus eſt ut ſubditus pro certo atque juſto lytro, quod in Luſat. Sup. 10. thaleros excedere non debet *ord. ſubd. Luſ. ſup. art. 4. n. 1.* in fin. tanquam fructu jurisdictionis liberationem ſuam impetrare poſſit, uti etiam videndum in *all. ord. art. 4.* quia

 tamen

tamen hæcce dimiſſio pars & nota dominii eſt *l. 12. C. de fund. patrim.* *COTHM. Vol. 2. reſp. 38. n. 60.* Dominus ad hanc cogi nequit niſi ſubditus juſtas & legitimas ſciat prætendere cauſas illasque urgente neceſſitate demonſtrare.

## §. XXI.

Sed ſi tertius in hac alienatione ſive venditione invita interveniat & pro ſuo damno vitando certet, etiam hic audiendus, & exinde metuendum damnoſum effectum avertat neceſſe eſt. Notum enim eſt ut reliqui ruſtici & ſubditi ſi prædium nobile ſive dominans per ejusmodi emtionem agrorum adauctum & amplificatum fuerit, in colendis illis agris noviter adjectis, etiam ſuas præſtare debeant operas quod non ſolum comprobat *ſup.* §. *12.* adducta reſolutio ſed quoque *Pot. REX & EL. SAX* hanc ob cauſam ad Senat. Gorl. *d. d.* Dreßd. den *14. Nov. 1722.* ita reſcripſit &c. &c.

> Nachdem wir es nun befundenen Umſtänden nach bey eurem Verfahren bewenden und uns euer unvorgreiffliches Gutachten gefallen laſſen, ſolchem nach die Unterthanen zu Leiſtung der Dienſte innhalts des producirten Urbarii **auch auf die angekaufften drey Bauer-Gütter** anzuhalten ſind, wo hingegen die Gerichts-Obrigkeiten die Steuern und andere bey Einquartierungen Vorgeſpan und dergleichen vorfallende Onera von dieſen dreyen Bauers-Güttern dem Herkommen und der Verfaſſung gemäß zutragen haben: Als begehren wir gnädigſt ihr wollet hierauf behörige Verfügung thun ꝛc. ꝛc.

Quod tamen non ita intelligendum quaſi novæ operæ hac præſtatione ſubditis imponerentur, ſed ut ſolummodo hactenus conſuetas operas etiam in his prædiis noviter emtis præſtarent.

§. XXII.

Hinc ejusmodi pagus omnem adhibere debet curam, ut Dominus erga ſuos ſubditos reſpectu prædii noviter emti data aſſecuratione tam ratione operarum quam ratione onerum & tributorum in his emtis prædiis radicantibus ſe obliget,

> Daß ſothane Auskauffung der Gemeinde zu N. auf keine Art und Weiſe zur aggravation gereichen ſolle noch er als Käuffer von ſeinen ſämbtlichen daſelbſt in Dorffe befindlichen Unterthanen einige mehrere Dienſte als ſie hergebrachter maaßen wochentlich zu leiſten ſchuldig, verlange, ſondern viel mehr von denen ausgekaufften Güttern allemahl ſein Contingent zu ordinair und extra ordinair Anlagen Landesherrl. und andern publicis auch gemeinen Præſtationibus und Oneribus bey Durch-Marchen, Einquartierungen, Fourage-Liefferung, und wie dieſelbigen ſonſt Nahmen haben mögen, nun und in Zukunfft ohnweigerlich beytragen wolle,

qua impetrata aſſecuratione ſine dubio tuti atque cauti erunt

§. XXIII.

Ut vero præmiſſis major habeatur fides & quodammodo clariora reddantur ſequens allubet addere *Reſcriptum REG. ELECT. d. d.* Dreßden den 28. May 1721.

> Von GOttes Gnaden Friedrich Auguſt, König in Pohlen, ꝛc. Hertzog zu Sachſen, Jülich, Cleve, Berg, Engern und Weſtphalen, ꝛc. Churfürſt ꝛc.
>
> Veſter Rath, lieber Getreuer; Uns iſt euer wegen der von dem Rittmeiſter N. N. u. N. vorhaben-

benden Auskauſſung derer N. N. und N. N. hinterbliebenen Erben zugehörigen und in N. liegenden Bauer-Güter unterm 14. dieſes erſtatteter unterthänigſter Bericht verleſen worden. Wann wir dann die Sache erwogen, und geſtalten Dingen nach geſchehen laſſen wollen, wann ermeldter B. N. der Gemeinde zu N. einen verbindlichen Revers ausgeſtellet, daß derſelben ſothane Auskauffung in keine Wege zur Aggravation gereichen ſolle, und ſich deutlich dahin erkläret, daß er von daſigen Unterthanen keine mehrere Dienſte, als ſie ihme hergebrachter maſſen wöchentlich zu leiſten ſchuldig, verlange, auch von denen quæſtionirten auszukauffenden Gütern allemahl ſein Contingent zu ordinair- und extraordinair-Anlagen Landesherrlichen und andern Publicis auch gemeinen Præſtationibus und Oneribus, wie die Nahmen haben mögen, nun und in Zukunfft ohnweigerlich beytragen wolle, nicht minder der N. u. N. Wittib und Erben das taxirte Quantum an 1400. und 1100. Mrl. reſp. baar bezahlet, und ihnen den Looß-Brieff von der Unterthänigkeit ohne Entgeld ertheilet, daß ſodann nurerwehnte Unterthanen offtberührte Güther räumen, und bey Verweigerung daraus exmittiret werden mögen; Als habt ihr euch gehorſambſt darnach zu achten, und hierauf behörige Verfügung zu thun, iedoch zuförderſt nur beſagte Unterthanen, daferne ſie ratione der Taxe annoch etwas zu erinnern haben, gnüglich zuhören, und in ſolchen Fall euern unmaßgeblichen Gutachten nach eine neue Taxe durch andre frembde und ad hunc actum in ſpecie vor dem Ambte zuvereydende dreyer Orthen Gerichte fertigen zu laſſen. Mochtens euch, deme wir mit Gnaden gewogen, cum remiſſione actorum zur

Reſo-

Reſolution nicht verhalten, und es geſchicht hieran Unſer Will und Meynung.

L. A. de Seebach.

ſ.

G. R. de Gersdorff.

§. XXIV.

Non forte tædium erit Lectori ſi etiam, talem conſuetudinem emendi prædia ſubditorum illis invitis non ſolum in Luſat. ſed quoque in aliis Provinciis vigere, referam. ſilentio præteribo quæ tradit *CARPZ. in Pr. Crim. P. 3. qu. 131. n. 57.* ubi Scabini Lipſienſes Nobili adverſus ſubditos ſuos inobedientes ſequentem in modum reſponderunt:

> Und wann ſie ſich der ſchuldigen Schlamführen nochmahls verweigern werden, werden ſie durch Gefängniß darzu angehalten, ihnen auch wohl unter euren Gerichten zu verkauffen, und ſich anderswohin zu wenden auferlegt werden ſoll; It. in puncto vigiles affligantis: Hat euer Bürger N. N. euere verordnete Stadt-Wächter mit einer Barten unverſehens ohn alle Urſache vorſetzlichen und argliſtig darnieder geſchlagen, und wund gehauen, ſo möget ihr ihme verkauffen heiſſen, und euerer Stadt verweiſen. & *BERLICH. P. 2. concl. 9. n. 20.*

quod & alias ruſtici ex juſtis cauſis veluti ſi contumaces & refractarii ſint, cogi queant ut bona ſua divendant & *MULLER. in Reſol. March 100. n. 11.* ſi contumacia ruſtici in non parendo concurrat vel ſi alias delictum comittat ob quod etiam relegatio locum habere poſſit, ubi oblato pretio prædii, ruſtico emigratio injungi poteſt, ſed ſolummodo *LEISER. in Tr. de Jure Georg. Lib. II. cap. 7. n 10.*

 alle

allegabo ubi in ſpecie de hominibus propriis ſ. ſubditis in Luſatia & nova Marchia Brandenburgenſi dicit quod ad inſtar ſervorum Juris gentium Dominis obligentur & Nobilium prædia non ſibi ſed Dominis poſſidere referente *KOEPPEN dec. 44. n. 6.* & circa *fin. n. 36.* ubi expreſſe ademtionem prædiorum ruſticis a Dominis factam eorumque vel in alios translationem vel in uſus proprios converſionem inter modos manumiſſionis ſeu liberationis illorum refert. Praxis etiam Marchica hoc ita ex antiquo recepit, daß die von Adel Freyheit haben, etliche Bauern auszukauffen, wenn ſie die Güter ſelbſt gebrauchen wollen, *SCHEPLIZ ad Conſuetud. March. P. 4. tit. 7. §. 2.* cui aſſentitur David Craffter qui reperitur inter Conſil. celeberr. JCA. & diverſ. Academ. Tom. 4. Conſ. 21. n. 32 verbis.

Es wird aber ꝛc. Zum vierdten geſchicht offt, daß man ſie heiſſet verkauffen, und aus dem Flecken hinweg ziehen.

& in Provincia Megapolitana homines proprii adhuc durioris ſunt conditionis ubi plane nulla bona emphyteutica multo minus cenſitica in quibus iſti homines dominium aliquod haberent, reperiri, ſed ad reſignationem domini quamprimum reſtituere cogi id. tradit *LEISER. l. c.* adeo ut etiam Colonos expellere fundumque adſe Nobiles pro arbitrio recipere & alio transferre poſſint quamvis per 30. 40. & 50. annos continuos uniformem canonem ſolverint *HUSAN. de hominibus propr. cap. 2. n. 34.* ſic & in Ducatu Brunſuicenſi talem prædiorum ruſticorum ſpeciem frequentari ubi ruſticus uno ſolido ſoluto prædium accipit ac rurſus illo ſolido ei reſtituto prædium ſtatim dimittere tenetur autor eſt *SCHEPLIZ alleg.* quæ omnia vero ſolummodo illuſtrationis gratia adducere placuit quia hos peregrinos imitari mores periculoſum eſſet in noſtra Luſatia ubi ſubditi ſecundum *ord. ſubd. alleg. art. 1.* non proprii homines ſed glebæ adſcripti ſunt de quibus legatur *DISS. D. SCHACHERI* & ſtatus illorum pro diverſita-

te prædiorum varius eſt imprimis tamen ex pactis & conventionibus cum Domino initis enucleandus. Ut vero hoc noſtrum Jus Contractui E. V. quam maxime accedat quilibet primo intuitu affirmabit & quodammodo etiam contractui emphyteutico & locationis; Jus vero feudale, cenſiticum libellarium, ſuperficiarium & precariæ cognata habet, ex quibus omnibus tanquam analogia Juris illa ſuppleri poſſunt quæ in hac diſſertatione brevitatis cauſa omiſſa fuerunt.

§. XXV.

Facillima mihi quidem fuiſſet res hancce materiam multis allegationibus aliisque modis prolixiorem reddere & plura adducere adductaque ulterius deducere, niſi intra terminos diſſertationis academicæ ſubſiſtendum eſſet. Interim tamen ſi Deus vitam & vires mihi concedat plenior forſitan, additis curis poſterioribus & adductis omnibus ad hanc materiam pertinentibus monumentis publicis, Reſcriptis, Reſponſis atque ſententiis aliarumque Regionum conſuetudinibus ſimilibus, in publicum prodibit hæcce tractatio, præſertim quia audivi hancce materiam in Diætis provincialibus ſup. Luſat. haud ita pridem fuiſſe propoſitam & ſuper illa certum debere confici Concluſum provinciale.

§. XXVI.

Hæc itaque ſunt quæ de præſenti materia ventilare placuit. Si igitur forſitan L. B. non omnia limatè ſatis deciſa reperiet talem feret ſententiam qualem de ſuismet ipſis laboribus ferre exoptat, Deo vero pro ſua aſſiſtentia ſit

L. H. & G.

# Judicium cujusdam illuſtr. JCti occaſione perluſtrationis hujus materiæ Autori diſſ. transmiſſum.

EMere prædia ruſtica ſubditis invitis nullo modo Provinciæ præjudicare poteſt conſequenter coarctari & reſtringi hocce Jus ſuperfluum eſt. Quilibet enim Nobilis ſ. Dominus prudens præſumitur Oeconomus & bonus Paterfamilias qui honores & dignitates in multis & divitibus quærit ſubditis. Probatur autem contrarium & flectunt illum affectus concupiſcentiæ in diverſam ſententiam, Judex eum, niſi legitimum ſuæ intentionis ſit fundamentum, in rectam reducit viam. Subditus nullam habet conquerendi cauſam. Quod enim prius habuit in bonis nunc habet in ære & juxta prov.

Geld

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0024-8

Geld iſt die Loßung. prolubitu cum illo diſponere poteſt. Ineſſet etiam pro circumſtantiis hinc & inde emergentibus huic venditioni invitæ aliquid amaritatis; libertas ſane quam pro ſe ſuisque adipiſcitur ſubditus tanquam inæſtimabile bonum hanc & omnia demulcire poteſt. Ita ſentit Prænobl. & Conſultiſſ. Dn. Aut. præmiſſis meditationibus breviter quidem magno tamen judicio practico conſcriptis permotus, cui Deus vitam viresque concedat ſuis . . . . . animi dotibus Patriæ cui ſe totum ſacrificavit ita inſerviendi ut tandem dignis ornetur præmiis

Amicus in Patria.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0025-3

* * *

PAlladis ad culmen teneris qui ſpirat ab annis,
Tranſigit hoc tempus Laudis amore flagrans.
Tandem ſedulitas grandes largitur honores,
*Doctoris titulum grande Decusque capit*
Et exantlato merces quæ digna labore,
Vincere non tantum *Marte* ſed *Arte* datur.
*Partus honos, Nomenque Tuum laudesque manebunt,*
Patria diſpenſet *Nomina Clara Tibi*;
Utere ter felix lauro ſis ditior auro!
Quo Patriæ fias gloria ſumma Tuæ.

Ita gratulatur

*Nobiliſſimo Dno Doctorando*

FACULTAS JURIDICA
ERFORDIENSIS.

Jus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0026-9

* * *

IUs quod juſté colis, quod & hæc
Tua ſcripta recenſent,
Virtutem illuſtrat, *dulcis Amice*
*Tuam.*
Nunc igitur meritò captas *Doctoris honores,*
Dum cingit nitidum *Purpura rubra caput.*
Det DEUS, ut multos vivas feliciter annos!
Prœmia conducant, ac Tibi fauſta ſient.

Honoribus Domini DOCTORANDI hac gratulatione applaudit Opponens & Hoſpes

HIER. FRIDER. BRüCKNER, D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0027-4

Erfurt, Diss., 1723

X 2386946

ULB Halle 3
007 436 556

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0030-1

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE

# VENDITIONE NVITA PRÆDIORUM SUBDITORUM IN LUSAT. SUP.

QUAM

IN PERANTIQUA UNIVERSITATE ERFORDIENSI

RECTORE UNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,

*RO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO,*

DOMINO

## CHRISTOPH. IGNATIO DE GUDENUS, J. U. D.

NSIGNIS ECCLES COLLEG. S. SEV. CAN. CAP. ET SCHOLAST. EMINENT. AC CELSISS. PRINC. ELECTORIS MOGUNT. CONSIL. ECCLESIAST. EJUSDEMQUE PER THURING. IN SPIRIT. SIGILLIFERO;

X DECRETO ET AUTHORITATE AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,

*PRO GRADU DOCTORALI*

## JOHANNES CHRISTOPHORUS SCHNEIDERUS, Gorl. Luſat.

Sup. Luſat. Adv. Prov. Ord.

PUBLICE DEFENDET

*DIE XII. OCTOBRIS, M DCC XXIII.*

IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, H. C.

---

*ERFORDIÆ*, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-234710-p0031-7